

CLARISSIMI I. C.  
PETRI GVDELINI  
ANTECESSORIS  
ACADEMIÆ LOVANIENSIS  
DE  
IVRE PACIS  
COMMENTARIUS.

In quo præcipuæ de hoc Iure Quæstiones  
distinctis capitibus eleganter  
pertractantur.

*Cum Summarijs & Indice.*

EDITIO SECUNDA.



LOVANI<sup>I</sup>,  
Apud IACOBVM ZEGERS Anno 1642.  
*Cum Privilegio Regie.*

SERENISSIMIS  
 ET  
 POTENTISSIMIS  
 PRINCIPIBVS  
**ALBERTO ET ISABELLÆ,**  
 ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ,  
 DVCIBVS BVRGVNDIÆ,  
 BRABANTIAE, &c.  
**BELGARVM DYNASTIS.**

SERENISSIMI PRINCIPES,

**P**ARENTEM nostrum, invidiâ mortis nuper creptum, pro munere sui ratione, omne studium vigiliasque suas utilitati publice impendisse, ac nihil illum antiquius habuisse, quâm ut Iurisprudentiam scriptis responsisque suis illustrando, communi commodo inserviret, non solum boni omnes, qui notitiam illius habuerunt, nobis testes sunt, sed etiam varij de Iure Commentarij ab eo præclarè conscripti fidem indubitatem faciunt. In ijs namque comprehendendis, disponendisque solitus fuit omni curâ in id incumbere, ut quod ab alijs Iuris Interpretibus minus explanatum, traditum vive erat, maxime investigaret, explanaret, traderet. Vnde, cum neminem Iurisperitorum jus omne Pacis collegisse, aptoque ordine digestisse

CLARISSIMI I.C. u

PETRI GVDELINI  
ANTECESSORIS  
ACADEMIÆ LOVANIENSIS,  
DE  
**IVRE PACIS**  
COMMENTARIUS.

---

CAPVT PRIMVM.

In quo ratio instituti, & descriptio Pacis,  
hujusque affinia & contraria.

1. Pax Constantiensis unde sic dicta, quando, & inter quos facta.
2. Author de Pace cur scripsit.
3. Pax quid sit, & eius commoda relativæ.
4. Pacis causa perpetua.
5. In quo differat ab Inducys & Treuza.
6. In quo à Fœdere. Fœderum tria genera.
7. Modus pacis fœderisq; ineundi remissione.
8. Pacis acceptioes variae.



N corpore Iuris sequuntur libros Feudorum aliquot libelli, inter quos unus de Pace Constantiae, sic appellata, propter ea quod ibi composita fuerit. Solent namque Paces ex loco, in quo sunt, & confimantur, nomen sumere. Annus pacis istius factæ fuit à Christo nato centesimus octogesimus tertius supra millesimum, post diuturnum & extitissimum bellum, ac Mediolani, Cremonæ, altiorum que civitatum Italiæ,